egregie libertatis vir, pronepos Witkindi magni ducis, comes paterni castri in Wittin, genuit duos filios, scilicet Dedonem et Fredericum et filiam Mechtildam, que fuit uxor Henrici primi imperatoris et mater Ottonis Magni. Hec Mechthildis imperatrix una cum Henrico imperatore, marito suo, fundavit monasterium monialium in Quedelingeborch, ubi ambo sepulti sunt. Et ille genuit Ottonem Magnum, fundatorem civitatis et archiepiscopatus Magdeburgensis, Misnensis et Cicensis.

Dedo filius Theoderici, abnepos Witkindi magni ducis, comes in Wittin, frater Mechtildis imperatricis, avunculus Ottonis imperatoris magni, mortuo Bacone Merseburgensi comite, Gyselerus archiepiscopus Magdeburgensis comitatum eius, qui inter Wipperam et Salam et Walbeke fluvios situs est, Dedoni acquisivit. Duxit preterea uxorem Thiebergam, filiam Theoderici marchionis, genuitque ex ea filium nomine Theodericum. Interfecit autem eundem Dedonem Werinzo marchio; filius autem Theodericus comitatum patris et omne beneficium dono regis obtinuit. Marchia vero Werinzonis et quicquid a rege tenebat, Bernhardo comiti, avunculo Theoderici, filio secundi Theoderici marchionis concessum est. Accepit itaque Theodericus comes uxorem filiam Ekkehardi marchionis, qui in regia curte que Polite dicitur interfectus est.

Gero autem fuit filius Dithmari marchionis, qui cum fratre suo Gerone Coloniensi archiepiscopo Nuenburgensem abbaciam iuxta Bodam et Salam fluvios

mechtild ~~Mechtild~~

Monasterium in Quedelingeborg fundatur.

~~a deest~~

Noti- dict. D

Mechtild

Fet Fastam (oder farcam)

+ f CCXLVII c

b) marchiõe c.

~~Polite vel Solice c. f~~

Noti- dict. G

est.

Abbacia in Nuenborch et claustrum in Gerinrode.